

zu 005

O. i. 840 (1-101).

POSITIONES IURIS
EX TT. FF. ET

C. DE EO QVOD CERTO
LOCO DARI OPORTEAT, ET
DE CONSTITVTA PECVNIA.

QVAS SVB PATROCINIO CLARISSI-
MORVM AC CONSVTISS. VIRORVM, D. IOAN-
NIS Michaëlis Cronenburg. & D. Ioannis Hollandt, SS.
LL. Licent. Dictatoris & Fisci, in admodum celebri
Agrippinensium Iuris Academia pro fa-
cultate defendere tentabit.

HENRICVS GIPPENBVSCH.

*Anno humanæ redemptionis. 1591.
6. Calend. Octob.*



COLONIAE AGRIPPINAE Nn
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

CONTINUATIO.

Raditis & præcognitis ipsis substantialibus, naturalis ad extrinsecam progressus ac disciplina est: quocirca post res creditas earumque conditiones apte, quo pacto utrarumque essentia interuentu temporis locorumque alterentur, edocetur.

POSITIO I.

AD euidentiorem presentis negotij intellectum id prænotandum venit, quod apud Canonistas in confesso est, (a) puta, in contractibus nullum esse locum remissioni, quam in delictis vtriusque iuris definitiones requirunt. (b) Vnde delinquens si alibi sit, iuste Iudex in loco commissi delicti petet eum ad se pœna Municipali plectendum, (c) remitti.

(a) c. Romana §. contrahentes, de fo. comp. in 6. Panor. in c. fi. nu. 37. Fel. nu. 22. & communiter Canonist. de fo. comp. Bart. Bal. Ias. in l. i. ff. h. t. (b) Clem. Pastoralis & ibi glo. de fen. & re iud. §. Si verò quis compræhensorum Auth. vt nulli iudici, l. si cui & ibi Bart. ff. de accus. Auth. Qua in prouincia C. vbi de cri. agi oportet. & ibi Cyn. (c) sequitur ex præmissis, vid. Canon. & sing. Abb. in d. c. fi. per totum, Saly. in Auth. Si verò C. de adul.

II.

In certum ergò locum solutione à contrahentibus destinata, debitor eodem remitti (a) nequit: sed nec vsquam alibi conueniri poterit, ne quidem in proprio domicilio quantumuis ibidem contraxerit. (b)

(a) l. quæro & ibi Bart. ff. de solut. l. i. & 3. ff. de bon. auct. iud. poss. glo. in l. vnica, C. cod. Cast. & Ias. in l. i. h. t. (b) tex. in l. Is qui, ff. h. t. doctè Myns. in §. Plus Inst. de act. nu. ii. ad fi.

III.

Quoniam verò eueniebat promissorem ad eum locum, in quo daturum se promississet, nunquam accedere, (quod vel data opera faceret, vel quia alijs locis necessario distringeretur) benè ac vtiliter cum prioris loci commemoratione in alio loco agere Prætor concessit. (a) Alium autem locum intelligimus non vbi que vel omnem, sed in quo aliàs debitor forum habiturus fuisset. (b)

(a) ita ferè l. i. h. t. quæ pro cardine totius Rub. est & Prætoris motiua recitat, (b) contra Bart. sic tenet Bal. Cast. & Ias. d. l. Ang. in §. Præterea, de act. Abb. in c. i. notab. 3. de plus petit, Myns. d. lo. n. 14.

IIII.

Est hac utilis & Arbitraria Actio ex æquo & bono iuxta nobilem Prætoris formulam procedens, vtriusque litigantis vtilitatem disiunctim respiciens, tenetque vim non in vno, sed & locis pluribus alternatiuè solutioni præscriptis, quo casu Creditori, vbi volet, petitionem tribuimus. (b) Quod generaliter desinit Scauola, petitorum electionem habere, vbi petat, reum vbi soluat, sed ante petitionem.

(a) l. 2. in prin. ff. h. t. §. Præterea, Inst. de act. VVes. in parat. nu. 5. Cuiac. in tract. l. Centum, ad Afric. (b) l. 2. §. non vti que & ibi Ias. ff. h. t. Schneid. d. §. Præterea.

Porro

V.

Porro conuenitur quis vbi contraxit, (a) contraxit verò vbi soluere destinauit, (b) proinde promittens soluere vbiunque fuerit ab eo petitum, vbiuis gentium tenebitur. (c)

(a) l. hæres absens ff. de iud. (b) l. contraxisse ff. de obl. & act. Mynf. in d. §. Plus n. fin. (c) text. in l. Titium §. Tutores & ibi Bart. ff. de adm. tutel. l. Lucius Titius, in verb. vbi uoles, ff. de pos. Ias. & Dd. in l. 2. §. si quis Ephesi ff. h. t. Pan. & Canonist. in c. 1. extra de iud.

VI.

Si quis ita stipuletur Ephesi & Capua? hoc agit, vt Ephesi partem & Capua partem petat. (a) Quod si quis Ephesi, Capua & vbi locorum fuerit inuētus, soluere promittat, summam quidem integrè soluendam dico, sed à promissore omni loco petendam (b) nego.

(a) per tex. in l. 2. §. si quis, h. t. (b) arg. c. sedes & ibi Fel. §. clausula, in 3. col. cum omnibus Canon. Clem. non potest. de proc. & l. fi. §. Cui dulcia ff. de vi. trit. & ol. leg. Bart. Ias. & Cast. d. §. Alex. in l. si conuenerit ff. de iuris. om. iud. Ant. But. in c. 1. de iud. & ibi Pan. n. 22. & Fel. vers. secundò declara. nu. 7. col. 11. per ea quæ tradit Bar. in l. sed etsi §. Quæsitum ff. si quis caut. Bald. & Bart. in l. quoties, C. fa. hercis.

VII.

Ceterum ex pacto suo volentis conueniri vbiunque, repertus fuerit, arctè nusquã promissor ligabitur, quod renunciãdo vel penitendo licitè declinabit, sed ante litem cõtestatam. (a) Planè promittens soluere vbiunque Creditori placuerit, (b) vel aquũ putãrit, vix extra suum domicilium forũmve trahetur.

(a) iuxta l. si conuenerit, & ibi disertè Bart. & Ias. ff. de iuris. om. iud. Panor. in d. c. 1. de iud. nu. 22. & ibid. Fel. vers. Tertio declara. nu. 7. Spec. expressè in §. 1. vers. Quod si patũ de comp. iud. adit. qui ab omnibus huc allegatur, Ita quoq; Ang. in §. Præterea de act. Ias. in §. Plus, de act. (b) per l. Thais §. sororem ff. de fideicom. lib. c. verum de foro comp. glof. in l. In personam, ff. de reg. iur. c. veniens, c. quinta uallis, de iure iur. Pa. d. c. 1. nu. 22. Bar. in d. l. si conuenerit.

VIII.

Vt plura loca sic & plures persona solutioni adijciuntur, (a) eaq; cuius indifferenter facta debitorem iure (b) liberat, re, videlicet, eadem in personam stipulatoris & adiecti designatã. Ceteroquin obligatione rerum, personarum, locorumq; alternatione permixta, (c) putã, mihi decem Capua, vel Titio hominẽ Ephesi, homine Titio soluto, solum exceptione reus inuatur. (d)

(a) §. planè ff. de inut. stip. (b) l. obligationum §. Accessio & ibi glof. ff. de act. & obl. d. §. plane, elegantiss. Cuiac. in l. 55. ff. de verb. oblig. (c) l. fi. §. cum mihi ff. de verb. obl. (d) text. in d. l. fi. & §. glof. in l. qui hominem §. 2. ff. de sol. vid. omnino Cuiac. in d. l. 55. vers. Exceptione, circa medium.

IX.

Iam autem respectu præfatorum, homine Titio alibi quam Ephesi dato, vel (extra hypothesein) solutione adiecto alibi quam loco conuento factã, queritur, virum contigent liberatio? Et Vlp. Iuliani dictum contra notam Marcelli probans scribit sortis liberationem quidem contigisse, verum id quod interest petendum, (a) Sed quo iure? dico actione principali, quæ antè competebat. (b)

(a) l. 2. §.

(a) l. 2. §. Iulianus & ibi omnes Legistæ, h. t. (b) arg. l. Iulianus §. i. cū glo. ff. de verb. obl. l. 3. ff. com. l. etiam & ibi glo. ff. de sol. notab. glo. in l. & eleganter, §. non solum, ff. de dolo. Ita Bart. Bald. & Ias. in d. §. Iulianus.

X.

Tenet hoc, si datio veniat in obligationem secus si opus & factum, unde quemadmodum stipulatio in sola sine loco non valet, (a) ita alio quam prefinito facta in nihilum liberat. (b) Quod hinc & ad ultimas voluntates produxerunt. (c)

(a) l. arbitraria §. qui in solam ff. h. t. l. qui in solam & l. ita stipulatus & glo. in l. in solam ff. de verb. obl. (b) d. l. 2. §. Idem Iulianus, & ibi Dd. ff. h. t. (c) per l. si domus in prin. ff. de leg. i. Myns. in §. si generaliter nu. 9. ac ibi Schneid. Inst. de leg.

XI.

Nisi forsan ad saluandum testantis elogium equiuocum locum capiamus. Qua contemplatione bene dicitur, testatorem, qui centum Ecclesie (nullo loco adiecto) reliquit, de eius loci Ecclesia sensisse, cuius ille Parrochianus (a) fuisset.

(a) per l. quæ conditio §. i. & ibi Bart. ff. de cond. & demon. Ita Alex. in §. qui in solam Ang. in §. si verò Auth. de non alienand. Salic. in l. i. C. de sacros. Eccles. Abb. in c. iudican. te. de testa. Pet. Anch. & Ioan. Imm. in c. relatum, cod. tit. Spec. & Io. And. in tit. de Instru. edit. §. nunc verò, Ias. in §. Ex maleficijs nu. 46. de act.

XII.

Loco destinato tempus eodem pertingendi inest, (a) quod vel Iuliani responsum probat, aientis, Romæ stipulantem Carthagine hodie dari, inutiliter stipulari, Ex quo temporis angustias omnem stipulationem & stricti iuris contractum vitare concludo, bonæ fidei non item. (b)

(a) d. l. arbitraria, §. Qui ita ff. h. t. l. continuus, §. Cum ita ibi Cuiac. ff. de verb. obl. §. Loca Inst. d. t. (b) per l. in solam §. i. quo loci Bart. ff. locat. aperte Iason & Castr. in d. l. arbitraria, §. Qui ita ff. h. t. vid. Bart. in l. i. ff. de cond. inst.

XIII.

Nascitur hæc Arbitraria ex conventionibus quibuscunque stricti iuris mediante tempore ac loco. (a) Veruntamen si stipulatio bonæ fidei contractui fuerit adiuncta, ex ea cessante bonæ fidei actione, agatur, succrescet ad interesse arbitraria. (b) Cui consequens est stipulationem bonæ fidei contractibus adiunctam permanere stricti iuris. (c)

(a) l. in bonæ fidei ff. h. t. Schneid. in §. præterea nu. 17. de act. Ias. in Rub. & l. si hæres vbi & Bald. h. t. Cuiac. in l. centum ad Afric. (b) §. i. l. 2. ff. h. t. (c) d. l. In bonæ fid. in verb. conditum, & ibi glo. cum Castr. ff. h. t. pulchrè & expressè Bart. in l. singularia in §. speciali ff. si cert. pet. Ias. in d. l. in bonæ fid. & fusiùs in Rub. ff. de verb. oblig. vbi disputat & huc declinat, l. ratio ibi Castrens. aperte & Cost. ff. de act. empt. Alciat. in Rub. C. de transf. probat Notariorum praxis attestante Bart. d. lo.

XIV.

An autem ut in dando sic & in faciendo consistat? Quod, ceteris utcunque asserentibus, probabilius cum eminentiss. Cuiacio refello.

in tract. ad Afric. in repet. l. Centum Capuæ, in explicatione verbi, dari, in Rub. vers. sequitur.

et. l. (c)

Cessat

XV.

Cessat hoc iudicis arbitrium pecunia loco nominato (a) petitâ. vel si reus alibi cum tota-
lis interesse depositione persoluerit, (b) actorvè sortē vltro spontaneo motu receperit. (c)

(a) l. Quod si Ephesi ibi glos. cum Bar. & Ias. ff. h. t. (b) glos. notab. in l. Qui Romæ in pr.
in verb. obtulerit & communiter Dd. ff. de verb. oblig. Ias. Cast. & Bald. in l. Is qui ff. h. tit.
(c) l. fin. & ibi Ias. Legist. ff. h. t.

XVI.

Ex quo legaliter assero, sorte solutâ pœnam & interesse videri remissa: (a) sortis verò
parte annumeratâ, ex proportione residui interesse (b) perdurare.

(a) d. l. si. ibi tex. express. l. 4. cum gloss. C. de pos. l. 1. ibid. Sichard. & vulgò Dd. C. de iud. l.
2. C. de solut. arg. l. si pupilli §. videamus, ff. de neg. gest. Ias. & Cast. d. l. si. (b) l. centum Ca-
puæ in fin. ff. h. t.

XVII.

Quæ iudubitata sunt nisi creditor ignoranter receperit vel protestatione ius sibi saluū
reseruârit. (a) Cui protestanti si debitor contradicat, an post vltro neâ sortis perceptionem
creditor ad id quod interest & cetera pergere possit? Id complures eleganter negaue-
runt, (b) quibus subscribo.

(a) l. si debitor §. 1. ff. Quib. mod. pig. sol. l. Nessennius vbi glos. ff. de neg. gest. l. fin. §. Itē
si prædixerit. ff. Naut. Caup. stab. (b) Ias. & Cast. cont. Bart. in l. si. ff. h. t. l. 2. in verb. partib.
ff. si quis caut. l. si. & §. Item, in verb. consenserint. ff. Naut. Cap. & c. Fel. in c. cum M. Ferras
rienlis nu. 34. & 39. de const.

XVIII.

Planè id quod interest quantumcunq; tam lucri cessantis quam damni contingentis
etiam vltra legitimum modum vsurarum, vtrog; iure suffragante, in hasce arbitrarias
veniet, mora videlicet semper præeunte. (a)

(a) lex in l. arbitraria §. nunc autem in fi. h. t. ibi Ias. & Paul. l. sed etsi ff. ad exhib. Costal.
in l. nummis nu. 6. ff. de in lit. iur. c. P. & G. ibid. Abb. col. 1. de off. deleg. cum Fel. nu. 1. ele-
ganter vterque in c. cum venerabilis, de excep. Inno. c. In sacro, in verb. interesse. de sent.
excom.

XIX.

Mora Rei nil fideiussori nocet, (a) etiamsi post moram factam stipulatori eius actionis
nomine acturo fidem suam nominatim astrinxisset, (b) ex sua verò tenetur. Nec enim o-
portebit ex eo fideiussoris obligationē augeri, quod iudicis arbitrio præstatatur. (c) Id quod
in arbitrarijs & stricti iuris actionibus astruo, in bonæ fidei contrarium probo. (d)

(a) l. centum Capuæ cum glos. Bar. Ias. Cast. & Costal. ff. h. t. arg. l. quicquid ff. de verb.
obl. (b) l. si. cum glos. & Dd. d. l. centum, (c) l. centum in fi. & d. l. si. l. fideiussores §. 1. & l. vlt.
ff. de fideiuss. arg. ll. quamuis C. de vsur. & l. i. C. de cond. indeb. (d) l. quia tantundem ff. de
neg. gest. l. quæro, ff. locat. l. si postea ff. rem pupil. fal. for. Schn. & Institutistæ in §. actio-
num de act.

XX.

Verum secundum prædicta hasitatum est, si fideiussor interesse stipulatò promiserit, a-
ctor vero sortem loco nō præfixo receperit, num Reo sic per sortis receptionē ab actore libe-
rato,

rato, fideiussor adhuc ad interesse & cetera incrementa rectè impetatur? Quod iustum opinor.

Arg. l. centum & l. quamuis C. de vsur. Item arg. l. Marcellus ff. de fideiuss. pulchra glo. in l. sicut reus, quam Immola, & Ang. exclamant ff. d. t. Paul. Cast. in d. l. vlt. col. 1. & 2. expressè ibid. Bart. col. 2. vers. Sed adhuc instatur, & col. 3. h. t. Contrariatur Ias. & plures alij dd. locis.

XXI.

Loco solutioni non prescripto, res finitur generali iure. Cuius occasione queritur, dato creditore & debitore diuersi fori, vternã ad alterius locum ac domum petendi an ferendi gratia profecturus sit? & placuit debitore ne quicquam moroso (a) creditorem ad domum debitoris compellendum. (b)

(a) l. fi. C. de cond. inf. Bart. in l. item illa ff. de const. pec. morosus etenim ad purgandã moram alium accedet dd. l. (b) glof. in d. l. Item illa cum Bart. & Dd. vid. Sichard. in l. acceptam nu. 17. C. de vsur.

XXII.

Premiis annectitur forensis questio: debitore loco destinato vel alibi ex potestate legis hac arbitraria conuento, quemnam locorũ ad conuellendum seu validandũ (a) contractum atq; processum inspecturi simus, locum, inquam, veri contractus, vel ficti, an iudicij? Et quoad substantiam solemnitateq; obligationis forum ipsius veri contractus, quoad ordinem procedendi, locum iudicij (c) respiciendum assero.

(a) vtilitatem vide apud Sichard. de ciuitate Friburg. in l. 1. C. de fid. instr. Mynf. cent. 4. obs. 82. (b) l. si feudus, vbi Dd. ff. de euct. l. 1. ff. de vsur. l. magis puto §. ne passim, ff. de reb. cor. Bar. & Ias. in l. 1. C. de sacros. Eccles. Panor. in c. fi. num. 3. de foro comp. (c) l. 3. §. fi. ff. de test. Mynf. d. loc. Dd. communiter in l. 2.

XXIII.

Ex qua inspectione vetus illa DD. altercatio patet, dubitãtium si minor eo loci contractus quo in integrum restitutioni moribus derogatum sit, is si alibi, vbi ius cõmune florescit, agat, num restitui possit? Quod (a) negandum est. Par (b) equitas in testante placuit. Vnde testamentum Aduena duob. vel trib. testibus in ciuitate, quæ huiusmodi iure regitur, solemniter factum apud omne territorium valebit. (c)

(a) Ita contra glof. Dd. in d. l. 2. h. t. tenent, Bart. in l. cunctos populos, C. de sacros. eccle. (b) arg. ducto à contractib. ad vlt. volunt. (c) vid. copiosissimè Bart. d. l. cunctos populos cū annexis ration. item Paul. de Cast. d. l. 2.

XXIV.

Sequitur de constituta pecunia eiusque actione, quam Pratoriã, personalem, stricti iuris, rei persecutoriã dicunt, qua contra eum agimus, qui per nudum pactum constituit se soluturum id, quod prius ipse vel alius ex nudo pacto vel quacunque causa debebat.

Ita Schned. nu. 9. cum Mynsing. ad §. In personam. de actio.

XXV.

Oritur, inquam, ex nudo pacto, (a) quod procedente debito geminatum (c) actionem producit: sanè solemniter stipulanti respondens iure ciuili astringitur.

(a) §. in

(a) §. in personam & ibi glos. de act. l. i. hic, (b) l. 2. §. sed & hæredib. C. cod. glos. d. §. in verb. constituerint, (c) l. ult. C. ad Fal. Sch. d. §. nu. 16. prolixè Iaf. ibid. nu. 47.

XXVI.

Ad pactum sicut & ad omnem actum voluntas & potentia concurrunt, (a) quocircà inutiliter stipulans non dicitur constitutum intendisse. (b) Quod enim nõ valet vt debet, nec valebit vt potest, ne quidem in fauorabilib. cum & testamentum nullum haudquaquã sustineatur vt (c) codicillus.

(a) l. 1. §. vsus vbi Bald. ff. de procurat. (b) l. 1. §. cum qui ff. h. t. l. iuris gentium §. quod ferè ff. de pactis, l. si pro causa C. de transf. (c) l. non codicillum & ibi Cyn. C. de testa. Costal. in l. si tam angusti ff. de seruit.

XXVII.

Veniunt huc omnes (a) res in commercio hominum posita ex antecedente debito: Debitum porro ex quacunque causa constitui potest, etiam quod naturã debetur, vel iure honorario solo vel ciuili simul, non quod ciuili duntaxat. (b)

(a) l. 2. cum Sichard. C. cod. facit l. receptitia C. cod. Schned. d. §. In personam num. 46. (b) l. 1. §. debitum, ff. h. t.

XXVIII.

Quinimò magis alienum (a) quã proprium, pariter quod purè (b) vel sub conditione seu ex (c) die debetur, quo casu probè asseritur cõstituentem se soluturum eodem vel ceteriore die teneri, licet actio principalis nondum cesserit. (d)

(a) l. cum qui Ephesi §. quod exigimus ff. h. t. Iason d. §. nu. 45. (b) l. Id quod (c) l. quod si maritus cum seq. h. t. (d) iuxta l. cedere diem, ff. de verb. sig.

XXIX.

Constituere quoque possunt alijs obligari non prohibiti, (a) etiam fœmine si non intercesserint: nec vti que exigimus, vt is, cui constituitur vel qui constituit creditor debitoruè sit, nam & quod ego debeo tu cõstituendo teneberis, & quod tibi debetur, si mihi constituatur debetur, (b) hoc attento, ne tertium quempiam obligationi subijciamus. (c)

(a) glos. in d. §. in verb. cum omnib. Myns. nu. 18. (b) l. cum qui, (c) d. l. cum qui §. Iulianus ff. h. t. l. quacunque ff. de act. & obl. l. quo tutela §. fin. ff. de reg. iur. §. alteri, de inut. stip.

XXX.

Fit etiam constitutum inter absentes (a) per Nuncium, per epistolam, (b) seruum, procuratorem, dummodo sibi non Domino constituatur, cuius oppositum in Nuncio probamus, qui domino directò sine cessione (c) acquirit.

(a) l. qui autem §. 1. (b) l. Titius, l. cum qui, §. Iulianus & seq. ff. h. t. (c) l. & licet vbi Bart. & Costal ff. h. tit.

XXXI.

Item per verba qualibet obligatoria, (a) vtpotè satisfaciam tibi, probos reddam, (b) salua penes me tibi sunt, (c) scilicet cum persona designatione, qua suppressa, ea verba, dabitur, dabuntur, satisfiet, & c. nullius vim pacti habent. (d)

(a) Azo in sum. C. cod. (b) l. Titius (c) l. quidam ff. h. t. (d) Auth. de constit. pec. Sichar. in l. 2. C. cod. Cuiac. l. 5. de verb. obl.

Valet

XXXII.

Valet quoque, nulla expressa summa: (a) nullo dicto tempore non statim sed post decennium efficax (b) est, sic quoque, alteri contractui accumulatum prorogat eius temporale (c) actionem, unde si quod tempore constituti debebatur, uinc non, nihilominus tenet, quia retrorsum se actio refert.

(a) l. qui autem, (b) l. promissor, (c) l. item illa § quod adijcitur, h. t.

XXXIII.

Plures constituentes sigillatim in solidum tenentur, (a) ope verò epistola D. Adriani non nisi prorata conueniuntur, (b) An verò excussionis, instar fideiussorum, ordine gaudeant? Quod rectè probo. (c)

(a) l. si duo, h. t. (b) Sichard. in l. vlt. C. cod. Schneid. in d. § sub fi. Oldendorp. clas. 4. act. 8. (c) per Auth. de fid. const. 4. vid. Institut. d. §.

COROLLARIA.

I.

Difficultatem cum in contractibus, (a) tū in iudicijs (b) liberare à pœna & periurio, à mora verò nec debitorem nec creditorem (c) leuare.

(a) l. vlt. §. Idem iuris ff. ad l. Rhod. de iact. (b) l. apud Celsum §. si in arbitrum, ibi Bart. ff. de dol. exc. (c) l. continuus §. illud ff. de reb. obl. l. Item illa, cum Bar. ff. de const. pec.

II.

Statutis locorū pœnalibus circa ea que iure cōmuni prohibita non sunt, non ligari forēs, (a) veluti, non pertransire plateas de nocte absq; lucerna vel lumine, vel euehere frumentum.

(a) l. si de decret. ab ord. fac. Bart. in l. i. col. 5. ibid. Ias. C. de sacrosan. Eccles.

III.

Aestimationem cuiusque rei ex tempore (a) & loco, quibus dari debuit, mensurandā, utroque omisso, locum petitionis, tēpus verò (b) rei iudicatae in bona fidei, in stricti iuris litis (c) contestata respiciendum, post moram utrobique tempus, quo vnquam res plura rimi fuit. (d)

(a) l. vinum ff. si cert. pct. l. fin. ff. de cond. trit. l. 3. ff. de act. empt. (b) l. 3. §. In hac ff. com. (c) d. l. vinum, (d) l. 3. §. fin. ff. de act. empt. l. in re fuit, ff. de cond. trit. Cuiac. in l. 59. ff. de verb. oblig.

153255

AB: 153255

(X2203998)


K





De legibus et constitutionibus Imperatorum Romanorum





B.I.G.

Farbkarte #13



SITIONES IVRIS
TT. FF. ET
EO QVOD CERTO
DARI OPORTEAT, ET
E CONSTITVTA PECVNIA.

B PATROCINIO CLARISSI-
CONSULTISS. VIRORVM, D. IOAN-
Cronenburg. & D. Ioannis Hollandt, SS.
Dictatoris & Fisci, in admodum celebri
pinensium Iuris Academia pro fa-
cultate defendere tentabit.

CVS GIPPENBVSCH.

pro humanæ redemptionis. 1591.
6. Calend. Octob.



COLONIAE AGRIPPINAE Nn
DEBAT PETRVS KESCHIDT.



36

